

et erroribus in dicto processu expressis et aliis, eciam invenit eas innocentes. Et sustinuerunt^{t)} eas manere in statu quo sunt.

16

*Entwurf einer authentischen Interpretation des „Prozesses“ Bischof Lamprechts gegen die Beginen im Sinne und seitens der Bettelorden.
[kurz nach 1374 August 19]*

Editionen: —

Überlieferung: Hs. Wolfenbüttel 311 Helmst. fol. 105^{ra}—^{va} (= W).
Zur Sache vgl. oben S. 82.

Processum^{a)} nuper per reverendum in Christo patrem et dominum episcopum Argent(inensem) contra Beginas emissum decet et expedit ut subscribitur rationabiliter declarari. Et id multum expedit propter incautam publicacionem aliquorum parrochialium sacerdotum non intelligencium ipsum processum et nimis generaliter ipsum exponencium, tam quoad Beginas quam religiosos. Unde eciam plura scandala sunt exorta.

Primo enim circa narracionem generalem, que sic sonat²³⁴⁾, quod sunt *nonnullae prophane multitudinis mulieres* etc., in qua narracione inseruntur multi excessus et errores Beginarum etc., — primo videlicet quod per talem narracionem generalem dictus dominus episcopus non intendebat, quod indifferenter omnes mulieres, que Begine nuncupantur, essent culpabiles in illis excessibus omnibus, sed hoc tantum intendebat, quod voluit monere eas, ut si que essent, que talia commisissent, quod abstinerent de cetero et penitenciam agerent et super hoc ab eo vel eius vicario penitenciam et absolucionem reciperent infra quindecim dies; et si hoc non facerent, quod tunc ille, que culpabiles essent et non peniterent nec penitenciam et absolucionem reciperent ab eo vel eius vicario, essent excommunicate ab eo sua sententia; et eciam quod tales sic culpabiles essent sententia canonis involute, licet hoc publice non sciretur²³⁵⁾.

^{t)} so W. Man erwartet auch hier den Singular als Numerus, sowie vor eciam invenit ein et

^{a)} Überschrift (am oberen Rand): Declaracio processus, Glosse: Quidam advocatus fratrum ista proposuit W (= Heinrich von Sachsen)

²³⁴⁾ Vgl. oben S. 173 Z. 7 ff.

²³⁵⁾ Die Dekretale *Cum de quibusdam mulieribus*, um die es hier geht, sah Exkommunikation ipso facto für die dem Beginenverbot Zuwiderhandelnden vor (vgl. Conc. Oecumen. Decreta, 1973, S. 374; = in Clem. 3. 11. 1; ed. Friedberg 2, 1169).